Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



quid ei accideret. Cum autem uenisset tempus singularum porcione puellarum
ut intrarent ad regem: expletis omnibus que ad cultum muliebrem pertinebant:
mensis duodecim uersabatur. ita diuisaxat ut sex menses oleo ungerentur
myrrino: et alius sex quibus data pigmentis et aromatibus uterentur: ingredi
entesque ad regem quicquid postulassent adornatum perueniens accipiebant. Et ut
eis placuerat: composite de triclinio feminarum ad regis cubiculum transibant.
Et que intrauerat uespere egrediebatur mane: atque inde in secundas edes de
ducebatur. Que sub manu saragazi eunuchi erant: qui concubinis regis p
sidebat. Nec habebatur prestare ad regem ultra redeundi: nisi uoluisset rex et
eam uenire uocasset exnomine. Cuoluto autem tempore porcionis: instabat dies
quo hester filia abyahil fratris mardocheii quam sibi adoptauerat in filiam
intrare deberet ad regem. Que ni quesiuit muliebrem cultum: et quecumque uolu
it egeus eunuchus custos uirginum: hec ei adornatum dedit. Erat enim for
mosa ualde: et incredibili pulchritudine. Omnium oculis gratiosa et a
mabilis uidebatur. Ducta e uaq; ad cubiculum regis assueri mense decimo
qui uocatur thebeth: septimo anno regni ei. Et amauit eam rex plusquam omis
mulieres: habuitq; gratiam et misericordiam coram eo super omis mulieres: et po
suit diadema regni in capite ei: fecitq; eam regnare in loco uasthy. Et iussit
conuiuium parari magnificum cunctis principibus et seruis suis per conuiuium
tione et nuptias hester: et dedit requiem uniuersis prouincis: et dona lar
gitus e uxta magnificentiam principalem. Cumq; et secundo quererentur uir
gines et congregarentur: mardocheus manebat ad regis ianuam. nec dum q;
prodiderat hester patriam et populum suum: uxta mandatum eius. Quicquid
enim ille precipiebat obseruabat hester: et ita cuncta faciebat ut eo tempore so
lita erat quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tempore quo mardocheus ad
regis ianuam morabatur: irati sunt bagatha et thares duo eunuchi regis qui
ianitores erant: et in primo palatii limine presidebant: uoluerunq; insurge
re in regem et occidere eum. Quod mardocheum ni latuit: statimq; nunciauit